Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 26 (39)

Pp. Sixtus Iiii

Ad perpetuam rei memoriam. Ecclesie Ambrosiane et dilectis filiis Vicariis venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscopi Mediolanen
et Episcopi Papien in spiritualibus generalibus Salutem et apostolicam benedictionem. Hodie cum dilectus filius Aurelius Archinto Iolicus Mediolanen cum nuper de Prepositura ecclesie sancte Marie
plebis Cayri dignitate nobis principali et ecclesia olicatu incorporata sancti Iuliani Burgi Canturii Papien et Mediolanen diocesis certo tunc expresso modo apud sedem apostolicam vacantibus et
antea dispositioni apostolice reservatis provideri concesseramus concessionem gratie huiusmodi litteris apostolicis desuper non confectis in manibus nostris spontanee et libere cessisset. Nos quoque cessione huiusmodi admittentes de Prepositura
ipsa et ecclesia sancti Iuliani predictis et tunc ut prefertur vacantibus et antea dispositioni apostolice reservatis dilecto filio Romulo et Archinto sancte Marie Preposito et sancti Iuliani ecclesiarum huiusmodi Rectori per quasdam
providissemus. Nos eidem Aurelio quod dicto Romulo cedente vel decedente et in certos alios tunc expressos eventus licet sibi ad Prepositura et ecclesiam sancti Iuliani huiusmodi liberum habere accessum et ingres-
sum per alias nostras litteras ipsius Romuli ad id tunc expresso accedente consensu indulsimus prout in singulis litteris prefatis plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus
quatenus vel duo ante vestrum sint post quam dicte posteriores vobis presentate fuerint per vos vel alium seu alios facientes auctoritate nostra eundem Aurelium facultate iuris accedendi et ingrediendi ac in eventum
accessus et ingressus huiusmodi recepto prius ab eo rone dicte Prepositure nostre et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solito iuramento iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam
possessione Prepositure et ecclesie sancti Iuliani prefatarum iuxta indulti prefati continentia et tenore pacifice frui et gaudere. Non permittentes eum desuper per quoscumque quomodolibet indebite
molestari. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus que in omnibus que in dictis posterioribus litteris voluimus non obstare. Sensibus venerabilibus fratribus nostris
Archiepiscopo Mediolanen et Episcopo Papien ac dilectis filiis Capitulo prefate ecclesie sancte Marie vel quibusvis aliis contra vel divisim ad dicta sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari
non possunt per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum
Anno incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sexagesimo primo Duodecimo Kal. Februarii Pontificatus nostri Anno Tertio

Gratis pro fratre scriptoris

Ap.

Jo: Rinetius
A de Aula

S. Marcignonus
Jo: Ang. Cuccin
V. de bocen

B. Melchiorius

P. Salernus
C Cane

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877288861-11/fragment/page=0001

1561. 11. Feb.

aurelio
per le Prevosture
di S.ta Maria del Cairo pav.
e di S.to Giuliano nel
Borgo di Cantù

Inutil

Rta

Jac.s Ant.s Riccobon

XXIX, 2365

48/1561 20 Janner
Gr. Gustav de Ahre
Lino Archivio, Palm.
Ant. a Marlent

Morbio 26 (39)



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877288861-11/fragment/page=0002